

tota debita et consueta iuris observantia ad hoc necessario interveniente servata donavit et per fustem tradidit et assignavit donationis titulo irrevocabilis inter vivos dicto Iacono Umfredo et Contesse mulieri nepti ipsius Iaconi umfredi presentibus et recipientibus domum unam suam sitam in pictagio Cambii Civitatis Baroli et inter hos fines videlicet a medio pariete iuxta domum francisci de Baro speciarum a medio castro iuxta domum domini Iacobi de Sancta cruce a medio pariete iuxta domum heredum palmerii de Laurecta et iuxta fossatum ipsius terre Baroli Ita tamen quod Chorus et Clerici maioris Ecclesie Sancte Marie de Barolo statim post mortem ipsius Iaconi Umfredi percipiant et habeant supra domo predicta uncias auri quatuor ponderis generalis, qui chorus et Clerici ipsius Ecclesie teneantur facere anniversarium pro anima sua et quondam Petri patris sui quod si facere voluerint quod ipse quatuor Unce dentur aliis Clericis seu Ecclesie qui faciant anniversarium supradictum et quod ipse Iaconus Umfredus teneatur et debeat ipsam Mundellam cum mori contingerit honorabiliter facere sepeliri suis propriis sumptibus et expensis. Ex qua donatione recepisse et habuisse confessa est ab eisdem Iacono Umfredo et Contessa (*sic*) presentibus totum leonagilt verum et non fictum pretium scilicet sibi placens et equivalens donationi predictae *etc.* Quod scripsi ego predictus Leonardus publicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Caro Angelo q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego Franciscus Bonellus testatur (*sic*).

† Ego dompnus nicolaus de nazareth testis sum.

† Ego iaconus Nicolaus de bastardis testis sum.

† Ego Goffridus dictus Saraca testis sum.

† Ego Iohannes de Iacobo de abresio testatur (*sic*).

Notitia testium.

Henricus de Roma, Malgerius de galiberto, franciscus bonellus, Iohannes Iacobi de Riso, dompnus nicolaus Russus, Mactiotus de dompna pagana, Goffridus saraca et Iaconus nicolaus purcellus.

N. 57.

A. D. 1315

(1 ottobre; Indiz. XIII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,36; larg. m. 0,21.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Nobilis abbas Pascalis archipresbiter Baroli, per scalas et portas pignora la quarta parte di una casa, in pictagio S. Sepulcri, presso la casa Monasterii Sancti Andree, risultando da un istrumento che Lianora, f. Iohannis de de Carbonaria de Baro et uxor ugonis de Anna, dovea dare al Capitolo e all'arciprete di S. Maria once 16 in Karolenis novis, presi a mutuo. Si esclude da questo contratto consuetudo Baroli qua cavetur quod creditores possunt capere auctoritate propria bona debitorum et specialiter maxime obligata et ea vendere plus offerenti etiam debitori invito.</i>
<i>Osservazione</i>	La indizione è calcolata dal 1 settembre.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.